

A. C.

CLEMENS PAPA XI.

Ad Perpetuum rei Memoriam

Ex injuncto Nobis celestis Apostolice Servitutis munera, in eam precipue curam sollicitis studiis incumbimus, et Regularem Observantiam Religiosorum tranquillitatem in Religiosos Viros, qui a seculi turbis longe remoti. Vota sua Altissime mente quiete, et ad Deum per contemplationis sublimitatem atq; suavitatem redere student. Quantum Nobis ea alto concedit tueri atq; conservare satagamus supplicationis; itaq; dilecti Filii Nostri Annibatis S. R. E. Diaconi Nobis Cardinalis Albani nuncupati Nostri secundare carnem ex fratre germana nepotis Ordinis Cartusiensis apud Nos et Sedem Apostolicam Protectoris Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ne cetero quispiam Monasteriorum dicti Ordinis Superior v; alius ejusdem Ordinis Monachus sive alia qualibet persona quascumq; sive Ecclesiasticum secularem v; Regularem quavis mundana v; Ecclesiastica, Eminentia Potestate, v; dignitate etiam Cardinalitia fulgente carnibus. In Monasteriis hujusmodi adversus illius antiquam et laudabilem Consuetudinem, sive publice, sive secreto uti et vesei permittere audeat quovis modo, seu presumat sub Excommunicationis late Sententis, a qua nemo nisi a nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente absolutionis Beneficium, preterquam in mortis articulo constituto optinere queat, aliisq; per Statuta memorati Ordinis auctoritate Apostolica confirmati inflictiis penis eo ipso absq; alia declaratione in curendis dicta auctoritate tenore presentium interdiximus et prohibemus. Decernentes eadem presentes Litteras semper firmas, validas et efficaces existere et fore, suorum plenarios et integros effectos sortiri et obtinere, ac ab illis ad quos spectat et pro tempore quascumq; spectabit inviolabiliter et inconvulsa observare. Sicq; in premis per quoscumq; Judices Ordinarios et Delegatos etiam causarum Pallatii Apostolici Auditores ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam delatores legatos, et Sedes Apostolicas Nuntios aliosq; quoslibet quicumq; Preeminentia et potestate fungentes et functionis, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultatem et auctoritatem judicare et definire debere ac irritum ac inane, si secus super his a quocumq; quavis auctoritate scilicet scienter v; ignoranter contingerit attentari. Quo circa dilecto Filio moderamine Priori Generali dicti Ordinis harum seriem committimus, et mandamus, ut ipsas presentes litteras in omnibus et singulis Ordinis a predictis Provinciis et Monachis quamprimum exequari curet. Ne quisquam illorum ignorantiam allegare possit, non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus fit dicti Ordinis ejusq; Provinciarum et Monasteriorum etiam Juramento confirmatione Apostolica, v; quavis firmitate alia roboratis, Statutis, et consuetudinibus, Privilegiis quoq; indultis, et litteris Apostolicis in contrarium presentibus pro plene et sufficienter expressis. De verbo ad verbum in senti absentis. Illis aliisq; in suo robore permansuris ad premissarum effectuum, hac vice summatim specialiter et expresse derogamus. Volumus autem, ut earundem litterarum transumptis eum exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et Sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutis. Munitis, eadem prorsus fides in Judicio et extra adhibeatur quae ipsis presentibus adhiberetur, si forsan exhibitis vel offensis. Dat. v. Id. Julii Pontificatus Nostri Anno Quoddecimo.

Roma Typis Sacrae Camerae Apostolicae Anno MDCCLXII.

Concordat eum Originali S.
L. Anthelmus Formier Prior
Cartusie Olomocensis
Visitator Praef. Alimaniae Supra



F. Oliverius.